

1485 aug 27, AKDOG 813, regest 401

KADO inv nr 813, regest 401, 27 augustus 1485

Transcriptie Jan Timmers

Joffrouw Maria, dochter wijlen Jan van Amstel, weduwe van wijlen Frederik Mychelink en daarna van Lucas van der Eycken, verkoopt aan de Duitse Orde te Gemert de hoeve op Esp in Bakel met al haar toebehoren, beemden, akkers, weiland, heide, houtwas, vee, een weijer met weilanden aan de Neerstraat, een gemeynt in het Bakels Goor en een weiland genaamd de Hongersdonk in Erp. Met verder bepalingen over een erfpacht van 12 mud rogge en een cijns van 10 goudguldens.

Domicella Maria filia quondam Johannis de Amstel relicta quondam Frederici Mychelink et de post relicta quondam Luce van der Eycken potens ad infrascripta virtute testamentorum seu ultimatum voluntatum quondam Frederici et Luce predictorum uit dicebat. Cum suo tutor ad hoc ab ea electo et ei a iudice dato quondam mansum olim Johannes de Amstel Frederici et Luce predictorum situ in parochia de Bakel ad locum dictum op Espe insuper quascumque pascuas terras prata mericas et ligni crescentes insuper quascumque bestias ad predictum mansum spectandas et supra dictum mansum existentes insuper quascumque alias attinentiis et iura dicti mansi quoscumque locorum sitas aut solvendas item quoddam vivarum cum suo fundo cum pecia pascue sibi adiacentum situm in dicta parochia iuxta platea dictum die Neerstraat et communitatem dictam het Bakelsche Goor item quoddam pratum dictum die Hongersdonck situm in parochia de Erpe inter aquam dicta die Aa ex uno latere et intra communitatem de Erpe ex alio latere et tendit ad quandam aliam aquam ibidem fluentam dictam die Hongerdoncksche Laeck cum alia extremitate. Prout et quemadmodum premissa ad domicella Mariam predictam protinem dinoscuntur ut dicebat, legitime et hereditarie vendidit domino Marteliano de Eynatten commendatore moderno commendario domii ordinis Theutonicorum site in parochia de Gemart ab eodem emptore iure hereditario habendum et possidendum supportavit et effestucando consignavit modo in talibus consueto premittens dicta domicella Maria cum tutor sua predicta ut debitor principalis super se et bona sua omnia ab ea ad primus(?) habita ac impostum ab ea habenda et acquirenda quod ipsam dicto emptore de premissis debitam et instanii prestabit warandiam et ipsam omnes obligationes et impetitiones in premissis existentes prefato emptori deponet omnio, exceptas censibus duodorum (of dictorum?) fundi et hereditariis pactionibus ab duodecim modios siliginis mensuris de Helmont hereditarium pactionem prout taxatum diversis personis et hereditario censu decem aureorum florenorum overlens Rijnsgulden communiter vocatorum viginti denarii stuvers communiter vocatur pro quolibet huiusmodi aureorum florenorum computando conventui Sancte Elisabeth in Buscoducis et vitali pensione quodcumque et dimidii huiusmodi aureorum florenorum Leonio de Lancvelt et Petro de Lancvelt ad vitam eorum et superstitum eorumdem ex premissis e iure solvendis ut dicebat

Testes interfuerunt scabini in Buscoducis Henricus Monix et Goeswenius vanden Heezeacker Datum vicesima septima die mensis augusti anno domini millesimo quodringentesimo octuagesimo quinto.